



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

15. Consideratione Passionis Dominicæ, pauperum, quibus benè facit
ingratitude patitur haud granatè.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

Mox ergo in ecstasi factus, vidit quēdam dicentem sibi: quare sic de Presbytero scandalizatus es, quia illum carnis viciis videri vidisti? nescis, quia necessitate compulsus, & propter obediētiam hoc fecit? Nempe, propterea scandalizari non debuisti, si enim merita & gloriā fratris tui videre cupis, retrò te cōuerte & vide. Cōuersus vidit fratrem CRUCIFIXVM cum Domino CHRISTO, aitque ad eum is, qui illi apparuerat: Ecce in quā gloria frater tuus est. Fuisse CRUCIFIXVM cum Christo fixū Stephanum vita eius satis indicauit, cū à CHRISTI IN CRUCE pendentis cogitatione, vt vetus CRUCIFIXI Amator semper penderet. Ego, in quiebat ipse, die noctuque nihil aliud aspicio, nisi Dominum Nostrum IESVM CHRISTVM IN LIGNO CRUCIS pendentem.

*Instructio
pro parien-
tibus scan-
dalum.*

*S. Stephe-
nus Cruci-
fixus.*

*Cogitatio-
ne, Medita-
tione,
Contem-
platione.*

Ioann. Moschus in Prato Spirituali ca. 45.

V.

AMATOR CRUCIFIXI

consideratione Passionis Dominica, pauperum, quibus bene facit, ingratiudinem patitur haud grauatè.

Hoc remedium suggestit Zosimas, nominatus in Vitis Patrum, cuius

19.

B 5 hæc

54 CHRISTVS CRUCIFIXVS

ROZINAS hęc est relatio. Peritam à B. Dionysia se
DIONYSIA. præsente stipem, illamque pro ratione
facultatum suarum impertitam esse pe-

**Ingratus
pauper.**

centi subsidium, sed illum, quod pro spe-
minus accepisset, cępisse inhumanè cõ-
uirari illi, & de me illaque dicere, quę
præter omnem erant honestatem. Indi-
gnata & incitata Dionysia voluit vltum
ire tantam iniuriam. Quod ego sentiēs,
quid tibi vis, inquam, Domina: tibi que
insidiaris? Omnem enim virtutem ab a-
nimo excludis. Quid dignum ijs susti-
nebis, quę pro te **CHRISTVS CRUCIFI-
XVS** sustinuit?

**Crucifixo
perpeccio-
nas pen-
sanda.
Mansue-
tudo ne-
cessaria.**

Meministi, Domina, quantã vim o-
pum, veluti stercora, dissiparis? Quod si
mansuetudinem tibi nõ comparaueris
perinde eris, ac Faber ferrarius, qui mas-
sam ferri tundit, & nullum inde vas cõ-
ficit. S. Ignacius, Mansuetudinem, in-
quit, volo, qua omnis vis & potestas
Principis huius mundi enervatur. No-
ta res est contemptus mundi, nulla re
perturbari. Est qui multa auri pondo, &
talenta contemnit, & afficitur vnã aci-
culã, cuius gratiã commouetur, & loco
talenti colligit spinam, efficitur manci-
pium acus aut enculli, aut pallij aut li-
bri, nec est seruus Dni, sed illius, quod
amat. Præclare dixit ille è Sapientium

**Reddit
impertur-
babilis,**

choro: quot vitia animi, tot domini. Et
Apostolus, a quo quis superatus est, hu-
ius & seruus est. His auditis Dionysia e-
mendata, & admirata: inuenisti, inquit
bat, DEVM, quem desideras.

2. Petri 2. 19.

VI.

AMATOR CRUCIFIXI

non tantum est Admirator, sed multo ma-
gis Imitator Passionis Dominicae.

QVIS non admiretur CHRISTVM DEI *Admiratio*
Filiū vitam omnem suam in sum- *Crucifixio*
mā rerum egestate in maximā corporis *facilis est*
acerbitate, in incredibili aduersitatum *enilibet.*
tolerantiā traduxisse? nocturnas in mō-
tibus egisse vigilias, diurnis laboribus
fatigatum non habuisse vbi caput recli-
naret, quadraginta diem sustinuisse
inediā, continuis ambulationibus, con-
cionibus, disputationibus infregisse vi-
res? denique per famem, sitim, contu-
meliarum perpeffiones assiduas, vincu-
lorum iniurias, flagellorum plagas, ad
CRUCEM conuolasse, ac cum tanta apud
plebem infamia fuisse voluntariē CRV- *Christus*
CIFIXVM? *magis ad-*

Quis hæc non miretur magis, quā ce- *mirabilis*
cticā Philosophorū patientiam, Gym- *quā ullus*
tosophistarum tolerantiam, Masinista *Philosof-*